

lex prohibens, dum aduersus hanc illa insurgit. Vtrunque exemplo sui olim in Pharisaismo non renati proponit, *vers. 8. Sed peccatum occasione sumta, &c.* Confirmatque à consequente: quia *absente lege peccatum est mortuum*, id est, malitia originalis latet, præsente reuiuiscit, hoc est, detegitur, irritatur: vt sole absente latent, quiescunt sordes, præsente deteguntur, irritantur calore, vt magis fœteant, non solis sed suo vitio *v. 9. Ego enim viuus eram, &c.* III. Probat alio effectu legis: lex cessit ad mortem mihi peccanti: occidit me peccantem. Non igitur causa peccati *vers. 10. 11. At ego mortuus sum, &c.* Conclusio: lex igitur sancta, bona, non culpanda. *vers. 12. Itaque lex quidem sancta, &c.* Altera calumnia ex prædictis: Lex bona est, & occidit. Ergo bonum est mortiferum? absurdè: Quod bonum est, nõ est mortiferum. Lex bona est. Quomodo igitur accusas vt mortiferam? *vers. 13. Ergo bonum est, &c.* Respondet dupliciter. I. *reiectione culpa à lege in peccatum*: quia non lex propriè, sed malitia inhabitans per legem occidit: Addita ratione à fine, cur lex concurrat ad mortiferum effectum; vt malitia per mandatum (*non concupisces*) fiat summè mala & damnabilis. *Ibidem: Absit: imo peccatum, &c.* II. *Commendatione legis ab adiuncto*, quod sit spiritualis, spiritua-lem sanctitatem exigens, & vitam promittens: Non igitur vt peccati vel mortis causa culpanda *vers. 14. Scimus enim legem, &c.*

TERTIA PARS est *ἀετλιασκη*, perturbata querela Apostoli, quod à spiritualitate legis etiam in statu rege-

A nerato procul absit, propter peccati inhabitantis potentes reliquias: Et pertinet partim ad priorem legis commendationem, vt tanquam sancta ponatur extra culpam peccati & mortis: partim ad imperfectæ sanctificationis nostræ ostensionem in se ipso: vt omnes vna luctemur, nec simus securi, *vers. 14. At ego carnalis sum venditus, &c.* Estque bimembris: Lucta & exitus luctæ. *Priore membro* describit luctam spiritus & carnis in se ipso. Hæc (vt querelæ solent esse perturbatæ) vix potest cogi in methodum: *vsque ad vers. 24.* Facit enim se hominem diuisum in carnem & mentem seu interiorem hominem. Ac I. Testatur, mentem sibi esse illuminatam, consentientem legi sancta præcipienti, *v. 15. 16.* Voluntatem quoque pronam obtemperare menti suæ & legi Dei *vers. 15. 19. 22.* Et hætenus se vocat interiorem hominem: *vers. 21.* II. Queritur contra, etiam in se habitare peccatum *vers. 14.* repugnans menti voluntati suæ bonæ & legi Dei, *vers. 15. 18. 21. 23.* adeò vt nolentem sæpe captiuè atque abripiat, *vers. 15. 19.* III. Peccato inhabitanti transcribit causam omnium in se peccatorum, non vt à se, sed vt à lege eam remoueat, *vers. 17. & 20. Non amplius ego id perpetro.* *Altero membro* concludit luctam. I. Tristi gemitu de sua miseria ob peccati inhabitantis violentiam: & liberatorem desiderat. *vers. 24. Miser ego homo: quis me, &c.* 2. *Δοξολογία* liberatorem Deum per Jesum Christum celebrat: & studium suum erga legem Dei profitetur: carne frustra obstrepente *v. 25.*
Gratias ago, &c.

PRIMA

FRATRES?

tigerat cap
Mortu leg
sumus in C
non tenem
coniugalis
iuge mortu
re viri liber
liceat alteri
coniugium
mulier nup
nobis in Ch
um: & mor
sumus libera
viro Christo
Deo placeter
ex marito ve
procreauimu
compellatio
peritiam eis t
FRATRES?

1. CM. 7. 30
3
4
5 C
6 N

